

Band IV., Nr. 1014, Seite 64-65

Bischof Heinrich von Konstanz bewilligt dem Propst und Kapitel der Kirche in Sindelfingen die Einverleibung der Kirche in Weil dem Dorf unter den ausgedrückten herkömmlichen Bedingungen.

Konstanz, 1243. December 11.

Universis Christi fidelibus, hanc paginam inspecturis, H., de permissione divina Constantiensis episcopus, rei geste noticiam cum salute. Ut facta modernorum posteris plenius elucescant, scripturarum indiciis eternantur. Presentes igitur noverint et futuri, quod, cum non solum nobis, immo toti vicinie constare cepisset, quod ecclesia in Sindiluingen, cuius proprietates nobis nostreque ecclesie noscitur pertinere, multis tribulationibus et diversis in spiritualibus et temporalibus foret quasi penitus iam collapsa, nos, quoniam dictam ecclesiam cum personis prescriptis rationibus specialius sublevare ac respicere contingebat, ecclesiam in Wile cum proventibus suis, cuius ius patronatus dilecto in Christo . . . prefate ecclesie preposito nomine eiusdem ecclesie pertinet ipso iure, sitam in Glemmisgöwe¹, ad usus communes prefate ecclesie, prepositi et capituli in Sindiluingen, nostri capituli consensu et consilio accedente, liberaliter duximus conferendam; ita tamen, quod iam dicte ecclesie in Wile provideatur de perpetuo et ydoneo sacerdote, iuribus eciam nostris nostrorumque successorum nec non archidiaconi ecclesie Constantiensis et confratrum decanie in omnibus plene salvis. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, hanc cedula exinde conscribi fecimus et sigillorum nostri nostrique capituli munimine roborari.

 Acta sunt hec in ecclesia Constantiensi, anno domini M^o. CC^o. XL^o. tercio, III^o. idus Decembris, indictionis secunde, presentibus P. Constantiensis ecclesie maioris preposito, B. decano, Eber. preposito sancti Stephani, magistro C. scolastico, Hainrico de Raperhtiswilere, Otinone, Hainrico filio domini Lvtfridi, R. de Hasinwilere, Al. de Bolle, W. Thihtilario, Hil. de Shinon, W. de Raminstein² et L. de Shilperch, canonicis Constantiensibus, et quibusdam aliis viris discretis. In domino feliciter. Amen.

¹Nach dem Flüsschen Glems benannter Gau, vgl. Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 1, S. 316.

²Ramstein, Schramberg, RW ?

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An rot-gelb-violetten Seidenschnüren hängen zwei Siegeln aus gelbem Wachs an. Das erste, länglich runde gehört dem Bischof von Konstanz und ist noch ziemlich gut erhalten. Es zeigt den Bischof im Amtsschmuck, den Krummstab in der Rechten, das offene Buch in der Linken, auf einem mit Tierköpfen verzierten Stuhl sitzend. Umschrift: *(S. H)AINRICI (Con)STANTI(ensis ecc)LesiE EPiscopI*. Das sehr beschädigte zweite Siegel des Kapitels zeigt die Reste einer ebenfalls sitzenden Person, vermutlich ist es das bei der Urkunde Nr. 863 (WUB, Bd. III, S. 368) beschriebene Siegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 18

Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 268, Nr. 1335.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233-1248)

Ortsindex:

Boll Wohnplatz (21412)
 Boll, Sauldorf, SIG
 Glemsgau
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Ramstein : Ten-
nenbronn, Schramberg RW
 Ramstein Wohnplatz (12637)
 Rapperswilen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Schielberg Wohnplatz (5400)
 Schielberg, Marxzell, KA
 Schienen Wohnplatz (14526)
 Schie-
nen, Öhningen, KN
 Sindelfingen Wohnplatz (211)
 Sindel-
fingen, BB
 Weil im Schönbuch Wohnplatz (257)
 Weil im
Schönbuch, BB